UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanc[c]o Victorino episcopo et martyre. Cap[itulum]. xxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

famaqꝫ eius ciuitatem deleta mulier illa veſana ad locum acceſſit: et marinum agreſtia in hortulo ferentem inuenit: ipſumqꝫ vt ſibi adhereret inſtanter impetere cepit. Qui ſigno crucis contra eam edito: oſtium cellule in faciem eius clauſit: ⁊ diebus ſex continuis nullum ſumens cibū in oratione perſeuerauit: poſt quos mulier ab immundo ſpiritu liberata: deluſiones diabolicas cognoſcens veniam petijt: ⁊ ad vrbem rediens omnia nefanda que commiſerat a diabolo deluſa publice reſerauit. ¶ Cum autem fama viri dei creſcente a multis frequētaretur: edificauit eccleſiam in honore beati petri apoſtoli. Et dum quidam ex ciuibus ad eum accederet: vt eum ex liuore inuidie tanq̄ magnum inde repelleret: orāte marino ſubito omnibus membris corporis deſtitutus: etiam ipſa lingua obmutuit: ita vt nec ſe poſſet mouere: nec verbum proferre. Quod mater eius per nutus intelligens ad marinum acceſſit: ⁊ filio ſuo gratiā ⁊ ſanitatē precibus impetrauit. Quos cum gentiles eſſent: marinus ad chriſtum conuertit: ipſoſqꝫ ⁊ omnem eorum familiam numero quinquagintatres baptizauit. Eodem autē tempore gaudentius epiſcopus ariminenſis directus ad ipſam vrbem a romano pontifice audita fama ſanctorum leonis ⁊ marini: eos ad ſe per litteras accerſiuit: ⁊ leonem in preſbyterum marinum ꝟo in diaconum ordinauit. Dum autem redirent: ⁊ vrſus aſinum marini deuoraſſet: ipſe vrſum capiſtro alligauit: ⁊ vt ipſum ad locum ſuum deferret vicem aſini ſupplens imperauit: quod vrſus cum omni manſuetudine ꝑfecit. ¶ Exorta ꝟo hereſi a martiano preſbytero ariminen̄. que miro modo eccleſiam perturbauit: cum chriſtianos iterum heretici perſequerētur: ⁊ gaudentius epiſcopus cum pluribuſqꝫ aufugiſſet: marinus in cella ſua perſeuerauit: nulloqꝫ fugientium chriſtianorum timore perterritus inde remoueri potuit. Sed vſqꝫ ad finem vite indeſinenter in vite ſanctitate perſiſtens anno domini. cclvij. pridie nonas ſeptembris quieuit in pace. Sepultuſqꝫ eſt in cellula ſua in titano monte: qui vocatur pena ſancti marini.

¶ De ſancto Marcello martyre. Cap. xxxvij.

MArcellus martyr paſſus eſt in ciuitate cabilonenſis ſub perſecutiōe antonini imperatoris. Cum enim ſanctus photinus epiſcopus cū alijs. xlviij. apud lugdun̄. cōprehenſus eſſet et in vno carcere. l. chriſtiani incluſi eſſent. Et his omnib⁹ marcellus et valerianus nocte ab angelis vocati pariter ac ſoluti dimiſſi ſunt. Et marcellus quidem ſequanorum: valerianus ꝟo eduorum prouincias petierunt. Itaqꝫ marcellus cabilonē deueniens: dum a preſide priſco ad prophanum idolorum conuiuiū fuiſſet inuitatus: ⁊ huiuſmodi epulas execrans: omnes qui aderant idolis ſeruientes libera increpatione corriperet: ab eodem preſide in arbore vinculis per ramos aſtrictus omnibuſqꝫ corporis membris totus deniqꝫ flagellis ceſus: deinde depoſitus tormentis pluribus afflictus eſt. Et dum chriſtum in omnibus confiteretur conſtantiſſime: inaudita crudelitate iuſſu preſidis erectus ⁊ vſqꝫ ad cingulum terre defoſſus ⁊ obrutus eſt. Qui triduo in cōfeſſione domini perſeuerans ſpiritum deo dignum reddidit pridie nonas ſeptembris. Sepultuſqꝫ eſt in eadem ciuitate. Cuius ſepulchrum a gunterano rege aureo ciborio exornatum eſt: valerianus ꝟo paſſus eſt in eduen̄. ciuitate: vt dicetur infra xviij. kalendas octobris.

¶ De ſancto Bertino abbate Cap. xxxviij.

BErtin⁹ abbas ex ciuitate conſtātia oriundus claruit. Qui cum numolino: ⁊ ebertramino propriam patriam relinquentes ad ſanctum audomarum epiſcopū morinen̄. venerunt. A quo ad predicandum miſſi officium legationis fideliter impleuerunt. Cum autem adoaldus prediues filium non haberet: de conſilio ſancti audomari chriſto placere cupiens maximam partē facultatum ſuarum predictis tribus ſanctis contulit ad monaſterium in honorem beati petri apoſtoli conſtruendum. Quod ⁊ factum eſt. Dum autem ſanctus bertinus cum predictis in ipſa adhuc ciuitate reſideret: decedente acatio eiuſdem vrbis epiſcopo: numolinus ad epiſcopatum prouehitur. Ebertraminus ꝟo ab eodem facto epiſcopo monaſterio ſancti quintini preficitur. Sanctus ꝟo bertinus aptiorem ſibi deo ſeruiendi locū requirens: dei ſe diſpoſitioni committens nauē aſcendit. Et angelico ductu ſine remo vel remige cōtra ictū fluminis vſqꝫ ad locū a deo preuiſum deuenit: vbi de bonis ſibi collatis ab adoaldo monaſterium noīe ſcythim in honorem apoſtolorū principis conſtruxit. Ibiqꝫ monachorum multitudinem congregauit: quibus ⁊ deo ſeruiens laudabiliter prefuit. Et in chriſto quieſcens miraculorum gloria clarens ibidem ſepulturam accepit. Cuius feſtum colitur nonis ſeptembris.

¶ De ſancto Victorino epiſcopo et martyre. Cap. xxxix.

Victorinꝰ epiſcopus ⁊ martyꝛ apud vꝛbem romā paſſus eſt tpe nerue imparatoꝛis. Qui ex territoꝛio amiternine ciuitatis oꝛtus: cum poſt obitum parentū vna cum ſeuerino fratre ſuo: omnia ꝓ chꝛiſto diſpenſaſſent ſeinuicē pedagogantes paritꝫ cuſtodia mutuo ſeruientes nudi heremum petierūt: verum victoꝛinus ad altioꝛa tendens relicto fratre artiſſime cellule ſe recluſit: ibiqꝫ duduz penitētie operibus vacauit. Sed dū nocte quadam diabolus ei in ſpecie puelle vagantis ⁊ flentis ac hoſpitium requirentis apparuiſſet: ille miſericoꝛdia motus eam introduxit. Et dum eis iacētibus per pedem tangeret: coꝛde magis tactus et ſpecie pꝛius atqꝫ blanditijs allectus cū ea cōcubuit: moxqꝫ demon vt fumus euanuit. Ad ſe autem rediens ſanctus ad germanū acceſſit: et caſum deploꝛās penitentiā egit. Nam in arboꝛe ſciſſa manus includens modico herbarū cibo ⁊ aqua a fratre ſuſtentatus per trienniū peccatū ſuum defleuit. Tandē ab epiſcopo ciuitatis viſitatus monitus ac ſolutus in maxima ſanctitate perſeuerauit: miraculiſqꝫ radiauit. ¶ Deinde ꝓmotus eſt ad epiſcopatū amiternine ciuitatꝫ pplo ipſius ipſum eligēte. Inde poſtmodū ſub īperatoꝛe nerua cum eutyce ⁊ marono ab aurelianno iudice ꝓ chꝛiſti nomine relegant̄. lx. ab vꝛbe miliario via ſalaria. Poſtmodū aūt in loco qui cotilas dicit̄: vbi putentes ⁊ ſulphuree emanāt aque capite deoꝛſum per tres hoꝛas ſuſpenſus eſt. Et deinde ꝑ triduū in carcere clauſus. Nouiſſime gladio capite ceſus victoꝛ migrauit ad chꝛiſtum non̄. ſeptembꝛis. Cuius coꝛpus ciues amiternien̄. poſt duos dies rapientes in ipa ciuitate honoꝛifice condiderunt.

¶ De ſctō Victoꝛino cōfeſſoꝛe. Cap̄. xl.

Victorinꝰ confeſſoꝛ claruit rome tempoꝛe cōſtantij imperatoꝛis. Hic carthaginen̄. rhetoꝛ in vꝛbe roma floꝛentiſſime dum paganus eſſet rhetoꝛicam docens in traiani foꝛo ſtatuam meruit: hieronymū preſbyterū cardinalē inter alios inſignes auditoꝛē habuit. In ſenecta aūt ad fidē chꝛiſti ꝯuerſus: aduerſus arriū libꝛos adeo ſcripſit obſcuros: vt niſi ab eruditꝫ intelligātur: cōmentarios etiā in apoſtolū edidit: vt dicit hieronymus libꝛo de illuſtribꝰ. De hoc refert ⁊ auguſtinus libꝛo confeſ. ꝙ dum victoꝛinus ad fidem perueniſſet: ⁊ cū ſimpliciano viro dei ſepius colloquiū habens chꝛiſtianū ſe diceret: ⁊ ſimplicianus reſpōderet: ꝙ ei hoc nō crederet: niſi ipſum in eccleſia videret. Ille iocando interrogauit: an parietes facerent hominem chꝛiſtianuz. Tandem dum ad eccleſiam deueniſſet: ⁊ ei tanq̄ verecūdo occulte liber: in quo erat ſymbolum fidei: ad legendum datus fuiſſe victoꝛinus in altum ambonem aſcendit: ⁊ alta voce publice ſymbolū pronūciauit: ⁊ extunc ꝙ chꝛiſtianus eſſet cūctis innotuit: qui vita ⁊ doctrina clarus in vꝛbe cum pace quieuit: ſepultus in pago veſtien̄.

¶ De ſctō zacharia ſacerdote. Cap̄. xli.

Zacharias ſacerdos filius ioiade ſiue barachie cuiꝰ ſanctitas ab ipſo chꝛiſto dn̄o ex textu euāgelico cōmendatur Matth. xxiij. c. claruit in iudea ſub tēpoꝛe ioas regis iude. Qui et patri ſummo ſacerdoti defuncto in pōtificatu ſucceſſit: cuiꝰ deqꝫ in vite ſanctitate ꝑ omnia ſimilis fuit. Cū enī moꝛtuo ioiada ſacerdote: qui ioas regē iſrl̄ in legem domini ſeruandā direxerat. Ioas rex a via mandatoꝝ dei declinaſſet: ⁊ poſt idola domus iſrael ambulaſſet: cuiꝰ exemplo etiā regni optimates viciati ſunt. zacharias ſacerdos boni patris imitatoꝛ publice redarguere nō dubitabat. Unde indignatus rex fecit eū obꝛui lapidibus inter templū ⁊ altare. Qui ⁊ ſepultꝰ eſt in ciuitate dauid ī ſepulchꝛo paterno. ¶ In cuius moꝛtis vltionē ſeu teſtimoniū duo notabilia apparuerūt. Pꝛimum vt dicit Hiero. ꝙ ſanguis eius in ſaxis ⁊ lapidibꝰ pauimēti vbi occiſus ē adeo fuit impꝛeſſus: ꝙ inde nunq̄ deleri potuit. ¶ Scdm̄ vt dicit epiphanius: ꝙ extunc ppl's in tēplo nō accepit manifeſte reſponſum: nec ex dabir: nec ex ephoth. Rex etiā ioias impune nō tranſiuit: nam languoꝛē peſſimā incurrens a duobus ſeruis ſuis interfectus eſt. Hec ex libꝛo. ij. Paralip̄. c. xxiiij. ⁊ ex dictis hieronymi atqꝫ ex hyſtoꝛia ſcholaſtica. Huiꝰ ſcti paſſionem: quia dies eius feſti certus non habet̄: infraſcripto eiuſdē noīs ꝓphete ꝓpter equiuocationem vocabuli pꝛemittere decreui.

¶ De ſancto zacharia ꝓpheta. Cap̄. xlij.

Zacharias pꝛopheta filius barachie filij addo poſt captiuitatem iudaici populi in āno ſecūdo darij pꝛimi regis pſarū in hierl'm ꝓphetauit: duobus videlicꝫ mēſibus poſt aggeus pꝛophetā: de quo ſupꝛa dictū eſt. iiij. non̄. iulij. ꝓpter quod aggeus zacharie in oꝛdine ꝓphetaruz ꝑmittit̄.